

Fo.

CCXL.

Quod scilicet et iustus caret peccato: nec tamen ex hoc desinit esse iustus: vel scilicet cum affectu teneat scilicet. Non enim nature humane viribus: sed propositi adiuuamento per dei gratiam acquirimus scilicet. Et ideo facit se oes scilicet pronuntiat peccatores: quia in veritate habent quod plagarit: et si non reprehensione conscientie. certe mobilitate et mutabilitate peccatricis nature.

De pascale solennitate Cap. L.

Aschba. i. dñice resurrectionis sollempnitas: ante transgressum vernalis equinoctij et sexdecime lune initium: non potest celebrari eodem tamen mense nate.

Quia aia ad imaginem dei creata sit.

Cap. LI.

Rogantur novellus legislatores qui ideo aiaz tamen ad imaginem dei creatam dicuntur: ut quia deus incorporealis recte creditur: etiam incorporea aia esse credatur: libere profitemur imaginem eternitatis: similitudinem in moribus inueniri Amen.

ExPLICIT liber sancti augustini de definitionibus orthodoxe fidei et ecclesiasticis dogmatibus.

Incipit liber beati augustini episcopi de disciplina christiana: sive de domo discipline.

Dicutus est ad nos homo dei. et de promptu est ad exhortationes nostras: dicere scriptura. Accipite disciplinam in domo discipline. Disciplina a discendo dicta est. Discipline domus est ecclesia christi. Quid ergo discit: vel quare discit: Qui discit: vel a quo discit: Discit bene vivere. Propter hoc discit bene vivere: ut perveniat ad se vivere. Discit christiani. Docet christus. Primo ergo quod sit bene vivere. deinde quod sit merces bone vite. tertio quod sint christiani. quarto quod sit verus magister. Pauca loquuntur nobis sic dominus donat audire dignemur. Quis in domo discipline sumus: et multi nolunt habere disciplinam. Et quod est puerum: nec in domo discipline voluit habere disciplinam. Sed propterea debeat in domo discipline accipere disciplinam: ut servet illam in domibus suis. ipsi e contra disciplinatos non solum in domibus suis habere nolunt: sed nec ferre illam se

cum esse ad domum discipline. Iam apud quos non vacat verbum dei quod cor auri coniungitur. quod non sine via ubi semine cum ceciderit ab quibus colligitur. quod non sunt petrosa loca: ubi semine alta radice habere non potest. et ad horam erit et ideo arefcit. quod non sunt ager spinosus: ubi semine cum germinaverit et in auras surgere cepit spinarum densitate suffocatur: sed quod sunt terra bona: parata semine accipere: et fructum reddere: vel centenum vel sexagenum vel tricennum recordetur si sine curastis discipline scolam et has me similitudines ex evangelio commemorasse. Qui igitur tales sunt: accipiant quod per me dominus dicere dignatus est. Ego quoniam ille seminat quod sicut: Uir copiosus seminatis. Ipse in me dignetur ponere quod vobis spargat. Nolite contumaciter ad vilitatem copiosus: sed ad charitatem seminis et preterit seminatoris. Quid est ergo bene vivere: Quid habet discit: Precepta multa sunt in lege: deus ipsa bona vita continentur imperat et discit. Dulca omnino precepta sunt et innumerabilia. Preceptorum ipsorum paginas vix quod sequi enumerat. quanto magis ipsa que voluit. Tamen deus propter eos qui se voluit excusare. vel quod eis non vacat legere. vel quod non norunt legere. vel quod non possunt facile intelligere: ut excusationes nemo habeat in die iudicij: voluit sic scriptum esse: mare et breviare verbum super terram. sic de illo propheta predicaverat. Verbum enim consummans et brevians faciet dominus super terram. Hoc ipsum verbum consummans et brevians: nec obscurum deus esse voluit. Ideo brevis ne non vacaret legere. Ideo apertum ne dicat: non mihi licuit intelligere. thesaurus ergo magnus divinarum scripturarum. habes in se mirabilia: precepta multa: etiam multas gemas: et preciosa monilia: et vasa ingentia: et magis metalla. Sed quod potest scrutari thesaurum istum: et vti eorum: per venire ad omnia que ibi sunt: Quoniam hanc similitudinem dominus dedit in evangelio suo: et dixit: sicut est regnum celorum thesauro inuncto in agro: ne quis se minus idoneum diceret ad perscrutandum thesaurum: continuo dedit aliam similitudinem. Si miles est inquis regnum celorum homini negotiatori: quoniam bonas margaritas: quod invenit unam preciosam margaritam: et vendidit omnia que habuit et emit illam: ut si piger eras ad perscrutandum thesaurum: non sis piger unam margaritam solum lingua ferre: et quod vis securus abulare.